



I O . I A C O B O
T O N I A L O V I R O
E R V D I T I S S I M O .

JO. BAPTISTA CIOTVS S. P. D.



FTSI omnes artes, quæ libero homine dignæ sunt, omnesq; scientiæ in summo honore apud omnes gentes semper habitæ sint: quæ tamen hanc huius Dei templi, quod incolimus, fabricam contemplatur, & illius cognitionem tradit, tanto interuallo cæteris antecedit, vt cæteræ huius quodammodo pedissequæ uideantur. Propius enim perducit illos, qui in huiusmodi contemplatione uitæ ocium terunt, ad illius, qui Mundum condidit, cognitionem. Quo quid melius? Quid honestius? Quid hominum generi conducibilis? Præterea rem longe